

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Ioh. Sario Zamoscio, Patavium. Epist. III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63864-p0011-9)

ro. Nec verò Imperatores illos veteres, quorum bellica facta historiarum celebrant, tantam è suis triumphis, atque ex insigni illa laurea cepisse voluptatem existimo quantum haurire me sensi, cum eam partem legerem literarum tuarum, in qua, rationem studiorum meorum probari tibi vehementer, significas. Quod si tu aliter sensisses; mutassem institutum: meque ad consilium tuum, tuaque præcepta totum contulissem. Et, quoniam, quid præstare possis, video; cupio, te aliquid mandare literis, quod ad posteros perveniat. Plura vellem, sed avocant negotia. Unum illud addam, te mihi esse in oculis, idque tuo meritò. Ferus enim, ac ferreus nimis est, qui te amoris singulari non amat, tot prædium suavitatibus ingenii. Ego tibi à me singulari benevolentiam & perpetuam tui nominis obsequantiam polliceor. Vale. VI. id. Sext. M. D. LXL

JOH. SARIO ZAMOSCIO,
PATAVIUM.

EPIST. III.

Officiosa, qua significat, se rogatu Sigonii Zamoscium Muscovio commendasse, ac letatur hanc sibi datam facultatem, amicitia cum ipso per literas incunda: qua, etsi quidem major futura esset, si communicatio sermonis accederet: tamen cum id rationes utriusque non ferant, hortatur Zamoscium, ut Sigonii presentis consuetudine fruatur, & se absentem diligat.

Fermo. In te amando nulli cedam. Itaque statue. (A)
Lam Sigonii. (A)

Sæpe

Sæpe mihi ante literæ Caroli Sigonii, cui quantum tribuam, non ignoras, præclarum & humanitatis, & ingenii, doctrinæq; tuæ testimonium dederant: itaque te eram complexus amore non mediocri, sic ut faverem tuæ laudi mirabiliter, idq; ut ipse illustri aliquo signo intelligeres, vehementer cuperem. Ut optabam, ita contigit. Nam, cum tu animum induxisses, valere me gratiâ apud Petrum Miscovium, florentem virum honoribus, opibus, omniqve virtute; facile impetravit à me Sigonius, cum tuo nomine rogaret, ut ei te commendarem literis, quam possem diligentissimè. Verum, ut est Miscovius in liberales doctrinas egregiè animatus, & ingeniorum existimator intelligens: non dubitò, quin tibi plus apud eum virtus tua, quam mea commendatio profutura sit. Ut ut erit, ego mihi interim facultatem esse datam testificandæ benevolentiz in te meæ, etiam atqve etiam lator. Quod ita velim interpreteris, ut accepisse me beneficium, non dedisse existimes, quando hinc vel orta inter nos, vel certè aucta amicitia est, & mutuo jam literarum quasi pignore confirmata. Quod si ad hanc animorum consensionem, quâ tamen conjungi absentes videmur, communicatio sermonis & suavitas consuetudinis posset accedere; id quod forsitan optamus pariter, sperare mihi per meas rationes, tibi per studia tua, non licet: præstantes, opinor, fructus caperemus eorum studiorum communione, quæ, qui verè sapiunt, sola esse instar vitæ putant; quanquam hanc mihi aliquantò iniquius, quam tibi, ferendam esse jacturam intelligo. Tu enim